# BREVE

## DE NUESTRO MUY SANTO PADRE

## *PIO VI*

EN QUE SE DETERMINAN LOS LIMITES del Territorio Parroquial, y Jurisdicional, que comprehenden la Parroquia del Real Palacio, la del Buen-Retiro, Casa del Campo, el Pardo, Aranjuez, el Escorial, y San Ildefonso, con otras declaraciones para los demas Sitios Reales, y parages en que viage, ó resida accidentalmente la Corte, ó alguna Persona Real, y demas que expresa.



Año 1777.

EN MADRID.

En la Imprenta de Pedro Marin.

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

*CHARISSIMO IN CHRISTO Filio nostro* CAROLO *Hispaniarum Regi Catholico.*

PIUS PAPA VI.

*CHarissime in Christo Fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem. Vetus, atque eximium Regiae pietatis exemplum, quo Magnus Constantinus Imperator quaestiones, ac lites inter Orientis Episcopos vertentes renuit judicare, causamque Donati, & Coeciliani cognitioni suae, & judicio oblatam sanctae memoriae Melchiadi Romano Pontifici Praedecessori nostro discutiendam, & definiendam esse demandavit, pari Regia pietate Catholicorum Regum Hispaniarum diebus quoque nostris iterum evenisse, ac subortas quaestiones inter Cappellanum Majorem ex una, & Archiepiscopum Toletanum, nonnullosque Rectores Parochialium Ecclesiarum, & Ordinum Regularium Superiores ex altera partibus, Reges ipsi Catholici definire renuentes, illas ad judicium Apostolicae hujus Sanctae Sedis fuisse delatas, in Domino gaudemus atque laetamur.*

2 *Aliàs siquidem felicis recordationis Benedictus Papa XIV. Prae-*

A NUESTRO MUY AMADO en Cristo hijo Carlos, Rey Católico de España.

PIO VI PAPA.

MUY amado en Cristo hijo nuestro, salud y la bendicion Apostólica. Nos causa mucho gozo y alegría en el Señor ver que por la Real Piedad de los Reyes Católicos de España se repite en nuestros dias un exemplar semejante al insigne, que en lo antiguo dió la Real Piedad del Emperador Constantino Magno quando se escusó de decidir las disputas y pleytos, que se habían suscitado entre los Obispos del oriente, remitiendo la causa de Donato y Ceciliano, de la qual se solicitaba que tomase conocimiento, y la sentenciase, al Pontífice Romano San Melquíades, Predecesor nuestro, á fin de que ante él se ventilase, y la decidiese; pues rehusando los enunciados Reyes Católicos determinar las diferencias suscitadas entre partes, de la una el Capellan Mayor, y de la otra el Arzobispo de Toledo, y algunos Curas Párrocos, y Superiores de Ordenes Regulares, las han remitido á la decision de esta Santa Sede Apostólica.

2 Antes de ahora el Papa Benedicto XIV. de feliz memoria, Pre-



Ayuntamiento de Madrid

*Praedecessor noster per suas in simili forma Brevis die XXVII. Junii MDCCLIII. expeditas Literas ad preces clarae memoriae Ferdinandi dum vixit earumdem Hispaniarum Regis Catholici Cappellam Regiam, cui Archiepiscopus pro tempore Compostellanus Cappellanus Major existit, in Parochialem Ecclesiam cum omnibus, & singulis praerogativis, & honoribus, ac juribus, quibus aliae Parochiales Ecclesiae fruuntur, & gaudent, Apostolica auctoritate erexit, ipsique Regiae Cappellae sic in Parochialem Ecclesiam erectae particulare, & separatum Territorium, nempe totum ambitum Palatii Regii, in quo Rex Hispaniarum Catholicus, ejusque Regia Familia habitat, & commoratur, ejusdemque Palatii Officinas, & Domus vicinas, adhaerentesque, seu adjacentes ab Apostolicae Sedis in eisdem Hispaniarum Regnis tunc existente Nuntio in Album describendas, & declarandas: Insuper omnia, & singula Palatia in quibus pro tempore existentes dictarum Hispaniarum Reges Catholici ubique intra limites ipsorum Regnorum Hispaniarum existentia habitare, aut commorari, & hospitari possunt; Palatia quoque in quibus dictarum Hispaniarum Reginae Viduae, Asturiae Princeps, & Hi-*

Predecesor nuestro, por sus Letras expedidas en igual forma de Breve, el dia 27 de Junio de 1753, á instancia de Fernando de esclarecida memoria, que tambien fue Rey Católico de España, con la Autoridad Apostólica, erigió en Iglesia Parroquial la Capilla Real, de la qual es Capellan Mayor el Arzobispo que en qualquier tiempo fuere de Santiago de Galicia, con todas y cada una de las prerogativas, honores y derechos de que usan y gozan las demas Iglesias Parroquiales, y con la misma autoridad constituyó, y asignó á la enunciada Capilla Real, erigida en Iglesia Parroquial como va dicho, un Territorio particular y separado, esá saber, todo el ámbito del Real Palacio, en que habita y reside el Rey Católico de España con su Real familia, y las oficinas del mismo Palacio y las casas adyacentes, contiguas ó cercanas, las quales se habían de señalar y poner en una demarcacion por escrito por el que era entónces Nuncio de la Sede Apostólica en los dichos Reynos de España: y ademas de esto todos y cada uno de los Palacios sitos en qualquier parage de los Reynos de España, en los quales el que es ó fuere Rey Católico de España puede habitar, hacer mansion, ó aposentarse: y tambien

*Hispaniarum Infantes habitare, commorari, ac demum caetera loca in quibus ipsarum Hispaniarum Reges Domus, & Palatia pro sua suaeque familiae habitatione habere solent, & poterunt, omnesque Ecclesias, & Cappellas Palatiis, domibusque Regiis hujusmodi adnexas, & connexas, & in illis existentes, necnon Hospitale vulgò della Corte nuncupatum, seu Buon Successo, aliudque Hospitale Regium Aragoniae, Montis Serrati, alterum sub invocatione Nationis Belgicae, seu Belgicorum vulgò li Fiammenghi, & reliquum Sancti Aloysii, seu Ludovici Nationis Gallicae, ac Conventum Sanctae Elisabethae una cum Collegio Puellarum Educandarum ipsi Conventui adnexo, & aggregato. Demum Collegium Educandarum Beatae Mariae Virginis Lauretanae nuncupatum, omnesque, & singulas Personas in dictis Hospitalibus, Conventu, & Collegio pro tempore existentes, ac illorum servitio addictas eadem auctoritate constituit, & assignavit, ac ipsi Cappellano Majori, seu Rectori, & Administratori tunc, & pro tempore existenti dictae Cappellae Regiae in Parochialem Ecclesiam, sicut praemittitur erectae, ac dicti separati, & particularis Territorii curam, regimen, & administrationem animarum Parochia-*

*chia-*

bien los Palacios en que hay costumbre que residan, ó sucediere que vayan á habitar las Reynas viudas de España, el Príncipe de Asturias, y los Infantes de España: y por último los demas Sitios en los quales los dichos Reyes de España acostumbran tener ó tubieren Casas y Palacios para habitacion suya, y de su familia, y todas las Iglesias y Capillas anexâs y conexâs á los enunciados Palacios y Casas Reales sitas en unos ú otras: como asimismo el Hospital que llaman de la Corte, ó por otro nombre del Buen Suceso, y el Real de Aragon, llamado de Monserrate, y el destinado para los naturales de los Payses baxos, llamado vulgarmente de los Flamencos, y el de San Luis, que es para la Nacion Francesa, el Convento de Santa Isabel, juntamente con el Colegio de Niñas educandas unido y agregado á él: y finalmente el Colegio de Educandas llamado de nuestra Señora de Loreto, y todas y cada una de las Personas que sean de los dichos Hospitales, Convento y Colegios, ó exîstan en qualquier tiempo en ellos y sus sirvientes: y cometió y encomendó á dicho Capellan Mayor, ó al Gobernador, y Administrador que á la sazon era, y en qualquier tiempo fuese de la enunciada Capi-



pi-

Ayuntamiento de Madrid

*chianorum , & subditorum Parochiali Ecclesiae hujusmodi commisit , & mandavit.*

3 *Praetereà , ne Lites , & controversiae super administratione Sacramentorum , aliorumque jurium Parochialium hujusmodi inter Cappellanum Majorem , seu Rectorem , & Administratorem Regiae Cappellae pro tempore , & caeteros Parochos, seu Rectores pro tempore aliarum Parochialium Ecclesiarum orirentur , & jurisdictio ad quemlibet eorum de jure spectans confunderetur , auctoritate praedicta voluit , & mandavit , ut Parochiani dictae novae Parochialis Ecclesiae , ac praescripti , & voliti Territorii separati , in quibus Cappellanus Major , seu Rector , & Administrator hujusmodi Parochialis Ecclesiae omnimodam jurisdictionem privativam Episcopalem , seu quasi Episcopalem exercere , & explere , ac curam animarum habere , omniaque Ecclesiastica Sacramenta administrare possit , & Pastor animarum suarum existat , intelligantur , ac sint , & esse debeant Rex , & Regina , omnesque Personae Regiae , Principes , & Infantes Hispaniarum utriusque sexus, caeterique Principes Sanguinis vulgò nuncupati , si existere conti-*

*ti-*

pilla Real erigida , como vá dicho , en Iglesia Parroquial , y de dicho territorio particular y separado , la cura , direccion y pasto espiritual de las almas de los Parroquianos y súbditos de la enunciada Iglesia Parroquial.

3 Y para que no se suscitasen pleytos ni controversias sobre la administracion de los Sacramentos , y los demas derechos Parroquiales entre el Capellan Mayor ó el Gobernador , y Administrador que era , ó en qualquier tiempo fuese de la Real Capilla , y los Curas Párrocos , ó Rectores , que eran ó en qualquier tiempo fuesen de las otras Iglesias Parroquiales, ni se confundiese la jurisdicion que corresponde de derecho á cada uno de ellos , con la sobredicha autoridad quiso y mandó que los Parroquianos de dicha nueva Iglesia Parroquial y del sobredicho territorio , que se había de separar , precediendo la demarcacion que de él se había de hacer por el indicado Nuncio de dicha Sede Apostólica , en quienes el Capellan Mayor , ó el Gobernador , y Administrador de la enunciada Iglesia Parroquial había de poder usar y exercer la omnímoda jurisdicion privativa Episcopal, ó quasi Episcopal , y de los quales había de tener la *Cura animarum* , y la administracion de todos los Sacramentos de la Iglesia , y ser

Pas-

Ayuntamiento de Madrid

*tigerit, omnesque Domestici, & Familiares, Domuique Regiae hujusmodi Inservientes, & famulatum praestantes, & ratione eorum servitii ab Aerario Regio stipendium, & salarium percipientes in Album, vulgò Ruolo, seu Catalogo nuncupatum relati, juxta descriptionem ab ipso dictae Apostolicae Sedis Nuntio faciendam, necnon omnes Domestici, & Familiares Palatiorum Reginae Viduae, & Infantum Hispaniarum, caeterique Ministri, & Curiales, nempe ii, qui Regem, & Curiam sequuntur quando pro tempore existens Hispaniarum Rex iter facit extra oppidum Matriti, omnesque habitatores Palatiorum Regiorum, ac in illis quocumque modo, causa, ratione, & occasione, etiam morae apud Consanguineos, & Affines, qui famulatum dicto Regi praestant, seu addicti sunt servitio, seu negotiorum, aut studiorum causa moram trahentes, & commorantes, seu Domorum, & Apothecarum Palatiis Regiis adhaerentium Conductores.*

4 *Praetereà omnes, & singu-*

Pastor de sus almas, se entendiese que habían de ser y fuesen el Rey y la Reyna, y todas las Personas Reales, es á saber, los Príncipes, é Infantes de España de ambos sexôs, y los demas Príncipes llamados de la sangre, si aconteciere que los haya, y todos los Domésticos, Familiares, y Criados de la dicha Casa Real, que tienen servidumbre en ella, y que por razon de su empleo y servicio cobran sueldo, ó salario de la Real Tesorería, y están asentados en el libro ó Rol de la Casa Real: como tambien todos los Criados, Domésticos, y Familiares de los Palacios de las Reynas viudas, y de los Infantes de España y los demas sirvientes, y empleados en Palacio, que son de la comitiva del Rey, y le siguen quando éste hace jornada fuera de la Villa de Madrid: y todos los que habitan en los Reales Palacios, y los que residen ó hacen mansion por algun tiempo en ellos, de qualquier modo, y por qualquiera causa, motivo, ó razon que fuere, aunque sea por la de ir á estar con sus parientes por consanguinidad, ó afinidad, que sean criados de dicho Rey, ó estén empleados en su servicio, ó por razon de negocios, ú diligencias, y los Inquilinos de las Casas y Tiendas inmediatas á los Reales Palacios.

4 Ademas de esto, con la mis-



Ayuntamiento de Madrid

*gulas functiones, actusque, quos Episcopi in propriis respectivè Ecclesiis sibi subjectis peragere solent quoties Rex Catholicus ad quamcumque Cathedralem, Collegiatam, Parochialem, & Monasterialem Ecclesiam, & inibi cum Regia Cappella quibusvis Functionibus peragendis assistere intendat, etiamsi subinde Rex praedictus aliquo legitimo impedimento detentus minime accedat, & intersit, similiter exercendi, & peragendi plenam, & liberam facultatem pari auctoritate concessit, & indulsit, ac aliàs, prout in ipsius Benedicti Praedecessoris Literis praedictis, quarum tenorem praesentibus pro expresso haberi volumus, uberiùs continetur.*

5 *Deinde verò sicut pro parte Majestatis tuae nobis nuper expositum fuit, cum Apostolicae Sedis Nuntius tunc in Hispaniarum Regnis apud Regem Catholicum existens, cui dictarum Literarum executio commissa fuerat, instante Regio Fiscali ad Descriptionem, & Declarationem particularis, ac separati Territorii Regiae Cappellae, seu novae Parochialis Ecclesiae devenerit, exprimens, ac definiens Palatia, Ecclesias, Domus, locaque etiam, quae intra illius fines recenseri, & homines, ac personas, quae jurisdictioni dicti Cappellani pro tempore existentis subjecta esse de-*

misma autoridad concedió indulto y plena y libre facultad para hacer y exercer tambien todas y cada una de las funciones, y actos que los Obispos acostumbran hacer en sus proprias Iglesias, siempre que el Rey Católico quiera ir á qualquiera Iglesia Catedral, Colegiata, Parroquial, ù de Monasterio, y asistir en ella con la Real Capilla á qualesquiera funciones que se hiciesen; y esto aun quando el sobredicho Rey por estar legítimamente impedido no vaya ni asista á ellas: y otras cosas que mas por extenso se contienen en las Letras del mismo Benedicto, Predecesor nuestro, cuyo tenor queremos que se tenga por expresado en las presentes.

5 Y habiendo despues, segun se nos ha expuesto poco hace por parte de Vuestra Magestad, el Nuncio que era entónces de la Sede Apostólica en los Reynos de España cerca del Rey Católico, á quien estaba cometida la execucion de las Letras, pasado á hacer, á instancia del Fiscal del Rey, señalamiento, y demarcacion del territorio particular y separado de la Real Capilla, ó nueva Iglesia Parroquial, expresando y declarando los Palacios, Iglesias, y Casas, como tambien los Sitios que debían comprehenderse en el distrito de la enunciada Iglesia Parroquial, y los habitantes, y per-

Ayuntamiento de Madrid

*deberent, ejusque Decreta executorialia iis, quorum intererat intimata fuerint, multae, & graves quaestiones, ac controversiae inter bonae memoriae Aloysium dum vixit Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem de Cordova nuncupatum tunc temporis Archiepiscopum Toletanum, & nonnullos Ecclesiarum Parochialium Parochos, & Rectores, ac Ordinum Regularium Superiores ex una, qui novae Parochialis Ecclesiae erectione jura sua graviter laesa, atque imminuta praeter Romani Pontificis, & Catholici Regis mentem, ac voluntatem asserebant, & dilectum Filium nostrum Bonaventuram Sanctae Romanae Ecclesiae praedictae Cardinalem de Cordova Spinola della Cerda nuncupatum Pro-Cappellanum Majorem ex altera partibus, qui pro Regia Cappella acriter se opposuit, nihil existimans actum fuisse, nisi quod maximè aequum, & conveniens, ac necessarium esset, ac Apostolicis Literis, & Regiae voluntati consonum, ortae, ac suscitatae fuissent, utraque Pars ad omnes Controversias dirimendas, componendasque satiùs esse duxit rationes, ac jura, quae sibi competere autumabat, memorato Regi Catholico Ferdinando in scriptis exhibere; ipse autem Rex, ut in re tanti momenti ea maturitate,*

*qua*

personas que debían estar sujetas á la jurisdicion del dicho Capellan, que en qualquier tiempo fuese, y luego que fueron intimadas sus Letras Executoriales á los interesados, originádose y suscitádose muchas y graves disputas y controversias entre partes, de la una Luis, de buena memoria, Cardenal que fué de la santa Iglesia Romana, denominado de Córdoba, que entónces era Arzobispo de Toledo, y algunos Párrocos, ó Rectores de Iglesias Parroquiales, y Superiores de Ordenes Regulares, los quales alegaban que con la ereccion de la nueva Iglesia Parroquial quedaban perjudicados, y ofendidos en gran manera sus derechos, y que no había sido esta la mente ni la voluntad del Pontífice Romano, ni del Rey Católico, y de la otra nuestro amado hijo Ventura, Cardenal de la misma santa Iglesia Romana, denominado de Córdoba, Espínola, y de la Cerda Procapellan Mayor, el qual por la Real Capilla lo contradecía con todo empeño, creyendo que no se había hecho nada que no fuese muy justo, conveniente, y necesario y muy conforme á las Letras Apostólicas, y á la Real intencion, para que se cortáran, y cesáran todas estas disputas, tubieron ambas partes por el medio mas conveniente representar al mencio-



Ayuntamiento de Madrid

*qua par erat, procederet, Conventum, seu Congregationem, vulgò Giunta nuncupatum quinque Doctorum, aequè ac proborum Virorum deputavit, qui omnibus expensis consideratis, postea ad se referrent.*

*6 Contigit subinde, ut idem Ferdinandus Rex ex hac mortali vita decederet, & universo Christiano Orbe plaudente, gratiasque immortales Deo agente, quod Hispaniarum Regna, & Catholicam Romanam Ecclesiam, tam firmo praesidio, ac potenti Amantissimo Defensore muniret, & provideret, Majestas tua ad Hispaniarum Thronum evectus Regni regimen suscepisti: Congregatio verò, seu Juncta dictorum Virorum, ut praefertur deputatorum, cum munus sibi injunctum explevisset, resolutionem suam, seu consultationem Regiae tuae Majestati obtulit; Majestas autem tua, quae à gloriosis Majoribus tuis, non minus Regiam Dignitatem, quàm reverentiam, cultum, atque amorem erga hanc Apostolicam Sedem accepit, & pro singulari tua erga Deum, ejusque Ecclesiam pietate, ac devotione, judicium, & sententiam tuam su-*

cionado Fernando, Rey Católico, exponiéndole sus razones, y los derechos que cada una conceptuaba que la competían; y este Rey, para proceder con la madurez que era correspondiente en un asunto de tanta entidad, nombró una Junta compuesta de cinco sugetos dotados de doctrina y probidad, para que exâminasen todo lo expuesto y alegado, y sobre ello le consultasen.

6 Hallándose las cosas en este estado, sobrevino el fallecimiento del enunciado Rey Fernando, y habiendo sido Vuestra Magestad exâltado al Trono de España, y tomado el gobierno de aquella Monarquía, con aplauso de todo el orbe cristiano que daba infinitas gracias á Dios de que hubiese destinado y concedido á los Reynos de España, y á la Iglesia Católica Romana un tan firme apoyo, y un tan poderoso amantísimo Defensor, la Junta de los enunciados sugetos, nombrados como va dicho, despues de evacuado su encargo, consultó á Vuestra Magestad exponiéndole su dictámen; pero Vuestra Magestad que con la Real Corona ha heredado tambien de sus gloriosos ascendientes, la reverencia, obsequio y amor á esta Sede Apostólica, por su singular piedad para con Dios, y devocion con su Iglesia, rehusó decidir, y resolver sobre lo que vá

Ayuntamiento de Madrid

*super his interponere recusasti, remque totam Apostolicae Sedi examinandam, & dijudicandam remisisti, apertè obtestans, quidquid à Nobis judicabitur, id à Majestate tua, ea animi reverentia, qua Cathedram Petri prosequeris, & pari voluntatis assensu acceptum iri.*

7 *Proptereà piis Regii animi votis, quantum cum Domino possumus, obsequi volentes, cupientesque omnes discordiarum semina, occasiones, & causas, quibus Christiana pax perturbatur, & Charitatis vincula, non sine magno animarum detrimento dissolvuntur, penitus auferre, ac submovere, motu etiam proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, hac nostra in perpetuum valitura sanctione, ad particulare, & separatum Territorium Regiae Cappellae in novam Parochialem, ut praemittitur, erectae spectare, & pertinere declaramus primarium*

8 *Palatium Matritensis Aulae Regiae destinatum continuae Residentiae Majestatis tuae, ac Regiae Familiae, sequenti modo, videlicet. A Porta Sancti Vincentii in Deambulacrum, quod Floridae diciutr, ascendendo per Lineam effor-*

vá expresado, remitiéndolo todo al êxámen y decision de la Sede Apostólica, prometiendo expresamente que sería admitido por vuestra Magestad lo que determinásemos con la cordial veneracion que profesa á la Cátedra de San Pedro, y la mas pronta voluntad.

7 Por lo qual queriendo condescender en quanto podemos en el Señor á las piadosas intenciones de vuestro real ánimo, y deseando cortar enteramente y extirpar de raiz los motivos y causas de las discordias por las quales se perturba la paz que debe reynar entre los Cristianos, y se rompe el vínculo de la caridad, con grave daño de las almas, motu proprio, de cierta ciencia y con madura deliberacion nuestra y la plenitud de la potestad Apostólica por esta nuestra sancion ó decision, que se ha de observar perpetuamente, declaramos que ha de ser del Territorio particular, y separado de la Capilla Real erigida en nueva Parroquia, como vá dicho, y ha de pertenecer á su distrito, primeramente

8 El Palacio de la Real Corte de Madrid destinado para continua residencia de Vuestra Magestad y de la Real familia, con esta demarcacion, es á saber, desde la Puerta de San Vicente en el Paseo de la Florida subiendo



Ayuntamiento de Madrid

*efformatam à Septo Parcum circuiente usque ad novam viam ipsius Palatii, per quam ascenditur, tendendo semper dextrorsum usque ad introitum in aliam viam Domnae Mariae de Aragonia, ibi vergitur ad dextram, & prosequendo per Lineam efformatam à Domibus unitis Monasterio Monialium Incarnationis usque ad Frontem ipsius Ecclesiae, continuatur per Lineam aedificii, in quo Regia adservatur Bibliotheca, ac intrando in Viam Thesauri, semperque ad dexteram tendendo usque ad Portam Thesauri pariter dictam, per quam datur aditus ad Plateam Palatii, ibi transitur ad sinistram, & prosequendo per Lineam, quae efformatur ab Ecclesia Sancti Aegidii per Portam quae pariter Sancti Aegidii dicitur, & Aggerem Palatii Petril nuncupatum, usque ad Arcum magnum per quem intratur in Plateam ipsius Palatii; inde verò continuando per Regia Equilia usque ad ingressum in Viculum, qui est ad dexteram, ex quo intratur in alium Viculum, qui primò ad sinistram occurrit, ac tendendo semper dextrorsum exitur per Portam denominatam de la Vega; inde vergitur ad Domos, quae sunt ad dexteram, donec occurrit Septum Parci, per illud continuatur usque ad Portam Sancti Vincentii, unde in-*

do por la línea que forman las cercas del Parque hasta la Calle nueva por la qual se vá al dicho Palacio, y siguiendo siempre por la acera de mano derecha hasta entrar en la calle de Doña María de Aragon, desde donde tomando á la derecha se seguirá la línea que forman las Casas unidas al Convento de Religiosas de la Encarnacion hasta la fachada de su Iglesia, y continuando por la línea del Edificio en que está la Real Biblioteca, se entrará en la Calle del Tesoro, yendo siempre por la acera de la derecha, hasta la puerta del mismo nombre por la qual se entra á la Plaza del Palacio, allí se pasará á la acera de mano izquierda, y se irá siguiendo por la línea que forma la Iglesia de San Gil, puerta de este nombre, y Petril de Palacio hasta el Arco grande por donde se entra á la Plaza del mismo Palacio, y desde allí continuando por las Reales Caballerizas se seguirá hasta llegar á una callejuela, que hay á la derecha por la qual se irá hasta entrar en otra callejuela que es la primera que se halla á la izquierda, y siguiendo siempre por la acera de la mano derecha se saldrá por la Puerta de la Vega, y de allí se irá por la acera de casas que están á la derecha hasta encontrar la cerca del Parque y se seguirá por ella has-

Ayuntamiento de Madrid

*incoepta fuit praefinitio.*

9 *Intus praefatum ambitum sita sunt Regium Palatium, Solum pro Viridariis, Bibliotheca, Armamentarium, Equilia, aliaeque Officinae, & aedificia adjacentia, necnon Monasterium Monialium Sancti Augustini, quod Incarnationis nuncupatur, & Palatio adjacere reputatur. Totus autem praenotatus Circuitus Cappellano, aut Pro-Cappellano Majori assignatus sit, tendendo semper dextrorsum per Plateas, & Vias indicatas: Quae verò ad sinistram praetereuntur, ipso etiam Solo Viarum, Platearumque comprachenso subjecta remaneant suis respectivè Parochiis, quamvis sinistrorsum sitae sint nonnullae Domus ad Regem spectantes, & ab ipsius Familiaribus inhabitatae. Si in posterum dictarum Platearum, Viarum, Septorumque figuram mutari, & Aedificia cum Palatio unita, sive ei adjacentia construi contigerit, jurisdictioni cedant Pro-Cappellani Majoris, etiamsi extra hodiernam praefinitionem illorum situs modò reperiatur. Ac vice versa, licet intus eumdem ambitum dictum Monasterium Monialium Incarnationis cum Domibus ei unitis, in quibus illius Cappellani, caeterique Mini-*

hasta la Puerta de San Vicente, desde la qual empezó esta demarcacion.

9 Dentro del expresado recinto está el Real Palacio, el terreno para Jardines, la Biblioteca, la Armería, las Caballerizas, y otras Oficinas, y edificios accesorios, como asimismo el Real Convento de Religiosas Agustinas, llamadas de la Encarnacion, el qual se reputa por adyacente al Palacio: de modo que todo el recinto comprehendido en el expresado circuito quede asignado al Capellan ó Procapellan Mayor, siguiendo siempre por la acera de mano derecha de las Plazas, y Calles que van mencionadas; y todo lo que se dexa á la izquierda, incluso el suelo de las Calles y Plazas, quede sujeto á sus respectivas Parroquias, aunque en la acera de mano izquierda haya algunas Casas pertenecientes al Rey ocupadas con personas de su familia. Y si en lo sucesivo se variare la figura que ahora tienen las dichas Plazas, Calles y Cercas, y aconteciere que se construyan edificios unidos ó adyacentes al Palacio, estos serán de la Jurisdicion del Procapellan Mayor, aunque el terreno en que se construyan se halle en el dia fuera de la demarcacion que va expresada; y al contrario, aunque en el recinto demarcado queda

*nistri habitant, includatur; Nihilominus hujusmodi compraehensio nullum generare valeat praejudicium exemptioni, ac Privilegiis, quae Regularibus competunt; Et ea quoque adjecta declaratione, quod Personae Religiosarum idem Monasterium constituentes, sive seorsim, sive simul communiter sumptae, in omnibus subjectae esse debeant Jurisdictioni pro tempore existentis Archiepiscopi Compostellani tamquam Cappellani Majoris Majestatis tuae in omnibus, & per omnia, sicuti antea fuerunt, ac tempore concessionis, ac expeditionis praecedentium Literarum ipsius Benedicti Praedecessoris reperiebantur, idque etiam in Ministris, Cappellanis, aliisque Factoribus nuncupatis, necnon Inservientibus dicto Monasterio, & Communitati locum aeque habere volumus, atque sancimus.*

10 *Similiter ad jurisdictionem dicti Cappellani, seu Pro-Cappellani Majoris decernimus quidquid Regia Villa prope Matritum, Casa del Campo appellatur cum Regalibus Aedibus, caeterisque Aedificiis, totumque Territorium in illius Circuitu compraehensum nil prorsus excepto. Cum vero Cappella, &* Cap-

da incluido el dicho Convento de Monjas de la Encarnacion con las casas unidas á él, en las quales habitan sus Capellanes, y demas sirvientes, sin embargo por esta inclusion, no se ha de perjudicar en nada á la esencion, y privilegios que competen á los Regulares, siendo expresa declaracion que las Religiosas que componen la Comunidad de dicho Convento, cada una en particular, y todas juntas han de estar sujetas en todo y por todo á la Jurisdicion del que es, ó en qualquier tiempo fuere Arzobispo de Santiago de Galicia, como Capellan Mayor de Vuestra Magestad, segun estubieron antes, y estaban al tiempo de la concesion y expedicion de las precedentes Letras de dicho Benedicto, Predecesor nuestro, y esto mismo queremos y determinamos que se observe igualmente por lo respectivo á los Empleados, Capellanes, y demas Dependientes, y Criados de dicho Convento y Comunidad.

10 Asimismo declaramos que sea de la Jurisdicion de dicho Capellan ó Procapellan Mayor la Real Casa de recreacion llamada la Casa del Campo cerca de Madrid, con los demas edificios, y todo el territorio comprehendido dentro de sus cercas, sin exceptuar nada: y mediante que hay en la dicha Casa del Campo,

Ayuntamiento de Madrid

*Cappellani à Rege stipendia accipientes ibi sint constituti, Majestatis tuae sollicitudini injungimus, ut animarum cura, & Sacramentorum administratio ita ibidem stabiliatur, ut qui in toto eo ambitu degunt, quique omnes Tibi inserviunt, Spiritualia opportunè inde recipiant.*

11 *Porrò in Conventibus, Domibus, atque Collegiis Villae Matriti, quae subjecta erant jurisdictioni Pro-Cappellani Majoris praedicti ante earumdem Literarum expeditionem, ipse Pro-Cappellanus dictam Jurisdictionem eisdem modo, & forma, ac in omnibus, & per omnia, sicuti prius exercere solebat, ita, & in futurum quoque absque ulla, vel minima diminutione, sive mutatione exercere liberè pariter, ac licite possit, & valeat.*

12 *Praetereà ad separatum, & particulare Territorium dictae Regiae Cappellae in Parochialem, ut praemittitur, erectae spectare quoque declaramus Palatium, ac Locum del Buon Ritiro vulgò nuncupatum, ubi Majestas tua cum Regia Familia commorari quandoque solet, una cum ejus Platea, Officinis, & habitationibus circum existentibus, Viridariis, Domibus, Cappellis, & Oratoriis, aliisque Aedificiis, necnon caeteris omnibus*

po, Capilla y Capellanes pagados por Vuestra Magestad, dexamos á su cuidado el establecer allí la Cura de almas, y la Administracion de los Sacramentos, de suerte que los que habitan en dicho recinto, que todos son Criados de Vuestra Magestad tengan el pasto espiritual correspondiente.

11 Por lo tocante á los Conventos, Casas, y Colegios de la Villa de Madrid que estaban sujetos á la Jurisdicion del sobredicho Procapellan Mayor antes de la expedicion de las expresadas Letras, pueda el enunciado Procapellan, y le sea lícito exercerla en todo y por todo en lo sucesivo, libre y lícitamente, del mismo modo, y forma que la acostumbraba exercer en aquel tiempo, sin la mas mínima alteracion, ó diminucion.

12 Ademas de esto declaramos que tambien ha de ser del Territorio separado, y particular de la enunciada Capilla Real erigida en Iglesia Parroquial, como va dicho, el Palacio, y Sitio llamado comunmente del Buenretiro, en el qual suele Vuestra Magestad residir algunas veces, con la Real familia, juntamente con su Plaza, oficinas y habitaciones que están inmediatas á él, y los Jardines, Casas, Capillas, Oratorios, y otros edificios,



Ayuntamiento de Madrid

*bus positis intra Muros, & septa, quae Regium ipsum Locum dividunt, ac separant, videlicet à Fronte Ecclesiae, & Januae Monasterii Sancti Hieronymi descenditur per Lineam efformatam ab Aedificiis, & Parietinis, quae sunt ad sinistram usque ad rivulum Prati, inde ponè eumdem rivulum ascenditur ad Angulum novi Viridarii Verni inter Pratum, & Viam de Alcalà, & sequendo Lineam, quam Septa Locum cingentia efformant per Septentriones, Orientem, Meridiem, & Occidentem, sive quae Locum ipsum quatenus novum ei adjiciatur Solum, circumdáre in posterum contigerit, usquequò denuò occurrat dictum Monasterium Sancti Hieronymi. Licet verò Monasterium praefatum cum suis Ecclesia, Claustro, Officinis, Oliveto, Horto, caeterisque intra Clausuram Regularem compraehensis, necnon Pars, quae Quarto dell' Escorial dicitur, intra praefinitum ambitum sita sint, nihilominus permanere volumus, sicut antehàc permanserunt, exempta à Jurisdictione Pro-Cappellani Majoris, suisque Superioribus Regularibus subjecta. Declarantes, quod usus Ecclesiae supradictae, ejusque Sacellorum, Secretarii, Claustrorum, aliorumque inde dependentium remanere debeat omnino liber Cappellano, & Pro-Cappella-*

cios con todo lo demas que está comprehendido dentro de las paredes, y cercas que forman el recinto del enunciado Sitio Real, es á saber, desde la fachada de la Iglesia, y Portería del Monasterio de San Gerónimo baxando por la línea de los edificios, y tapias que hay á la izquierda hasta el arroyo del Prado, y despues subiendo por el mismo arroyo á la esquina del Jardin de Primavera, entre el Prado y la Calle de Alcalá, y desde allí siguiendo la línea de las cercas que rodean el sitio por la parte del Norte, Oriente, Mediodia, y Poniente ó las que, si aconteciere en lo sucesivo que se le aumente terreno, le rodeasen, hasta volver á encontrar con dicho Monasterio de San Gerónimo; y aunque este con su Iglesia, Claustros, Oficinas, Olivar, Huerta, y todo lo demas incluso en su clausura, como asimismo el Quarto llamado del Escorial están comprehendidos en la enunciada demarcacion, sin embargo queremos que queden, como hasta el presente han estado, esentos de la Jurisdicion del Procapellan Mayor, y sujetos á sus Superiores Regulares: con declaracion de que el uso de la sobredicha Iglesia y de sus Capillas, Sacristía, Claustros, y todo lo anexô á ellos, y á ellas deba quedar enteramente libre al

Ayuntamiento de Madrid

*lano Majori Majestatis tuae pro omnibus Functionibus Ecclesiasticis, quae vel fieri solent, vel in posterum peragi contingat juxta formam, ac tenorem praedictarum Literarum ipsius Benedicti Praedecessoris, & Monachi sive sejunctim, ac singulariter, sive simul sumpti, & communiter, tam quoad Jurisdictionem, quàm quoad Regularia Privilegia in eodem statu, quo tempore expeditionis praedictarum Literarum reperiebantur, in posterum quoque permanere debere statuimus, & jubemus, neque in hoc aliquid innovatum, vel immutatum esse declaramus.*

13 *In altero Regio Loco Pardi, & Vinnuelas, ac la Zarzuela, cujus Territorium vastum est, & continet Incolas in diversis partibus dissitis quidem à Regia Cappella, Regio, quod ibi est, Palatio contigua, pariter in Parochialem Ecclesiam erigenda, Cappellani, seu Pro-Cappellani Jurisdictioni subjiciantur ipsum Regium Palatium, Pagus primarius eidem Palatio contiguus, necnon omnes Regiae Aedes, Domus Excubiarum, aliaque Aedificia, compraehensa quoque Villa, quam Ducis Arcus nuncupant, dictae Regiae Cappellae, potiùs, quam Parochiis circum-*

al Capellan ó Procapellan Mayor de Vuestra Magestad para qualesquiera Funciones Eclesiásticas, ya sean de las que se han acostumbrado, ú de las que en lo sucesivo aconteciere hacerse segun la forma, y tenor de las sobredichas Letras del mismo Benedicto, Predecesor nuestro; y ordenamos, y mandamos que los Monges cada uno de por sí, ó en particular, y todos juntos queden tambien en lo sucesivo, así por lo que mira á la Jurisdicion como por lo respectivo á los Privilegios Regulares, en el mismo estado en que se hallaban al tiempo de la expedicion de las sobredichas Letras, declarando que acerca de esto no se haga ninguna alteracion, ni innovacion.

13 En el Real Sitio del Pardo, Viñuelas, y la Zarzuela, cuyo territorio es muy extenso, y en que hay habitadores en varios parages distantes de la Capilla Real, que está junto al Real Palacio que hay en dicho Sitio, la qual igualmente se ha de erigir en Iglesia Parroquial, ha de ser de la Jurisdicion del Capellan, ó Procapellan, el dicho Real Palacio, la Poblacion principal inmediata á él, y todas las Casas Reales, las de los Guardas y los demas edificios, inclusa la Quinta llamada del Duque del Arco, que estén mas cerca de dicha Real Capilla, que de



Ayuntamiento de Madrid

*cumsitorum Locorum proximiora. Quae verò Regiae Aedes, Domus Excubiarum, & alia aedificia finitimis Parochiis potiùs, quam Regiae Cappellae proximiora sint, eisdem Parochiis subjecta remaneant, etiam si hactenus aliis Parochiis subjecta fuerint: Volumus enim subjectionem à majori proximitate dimetiri. Quoniam verò hujusmodi aedificiorum Inquilini, ac praesertim Excubantes Milites in illis permanenter non resident, sed ex uno ad aliud ita frequenter mutantur, ut in Anni cursu diversarum Parochiarum evadant; proptereà quibuscumque finitimarum Parochiarum Parochis praecipimus, atque mandamus, quod quotiescumque Baptismatis, aut Matrimonii Sacramenta eos administrare, aut Sepulturae officium peragere contigerit ergà aliquem à praefato Regio Loco dependentem, sed in Aedificiis eorum Parochiis subjectis habitantem, teneantur ad Cappellanum in Parochiali Cappella ejusdem Regii Loci animarum curam exercentem mittere transumptum Partitae in suis Parochialibus Codicibus exaratae, ut Parochus dicti Loci similem Partitam in suo Codice adnotet. In hujusmodi autem adnotationibus Parochi designent, quod Baptizati, aut Matrimonio conjuncti, vel Defuncti à Regio Loco dependent, &*

de las Parroquias de los Lugares que hay en la circunferencia del Sitio; pero las Casas Reales, las de los Guardas, y demas edificios que estén mas cercanos á las Parroquias de los enunciados Lugares, que á la Real Capilla quedarán sujetos á las dichas Parroquias, aunque hasta ahora lo hayan estado á otras, pues es nuestra voluntad que la mayor cercanía haya de decidir la Parroquia á que han de tocar: mas en atencion á que los moradores de las dichas Casas, y particularmente los Guardas no residen de asiento en ellas, sinó que con tanta freqüencia se mudan de unas á otras, que en un mismo año son Feligreses de varias Parroquias, por tanto ordenamos y mandamos á los Curas de las inmediatas, que siempre que administren el Sacramento del Bautismo, ó el del Matrimonio, ó entierren á qualquiera de los dependientes del sobredicho Real Sitio, que habite en alguna de las Casas sujetas á sus Parroquias, estén obligados á enviar al Capellan que exerza la Cura de almas en la Capilla Parroquial de dicho Real Sitio copia de la partida que hayan extendido en sus libros, para que el Párroco del Sitio la asiente tambien en los suyos: bien entendido, que en estas partidas han de expresa los

Ayuntamiento de Madrid

*& in qua Domo, vel situ habitent, vel respectivè habitaverint. Quia verò ad nostram pervenit notitiam, quod in Cappella dicti Regii Loci Cappellanus jam constitutus reperitur, ideò Majestatis tuae zelo sedulò concredimus, ut ibidem reliquos, qui necessarii fuerint ad rectam Sacramentorum administrationem, Verbique Divini suis Parochianis Praedicationem Praesbyteros constitui curet. Denique à Jurisdictione Pro-Cappellani Majoris exceptum esse volumus Fratrum Ordinis Cappuccinorum nuncupatorum Conventum duo ferè milliaria à Pago distantem, cujus subjectionem Superioribus Regularibus dicti Ordinis praeservamus.*

los Parrocos, que los tales bautizados, casados, ú difuntos son ó eran dependientes del Real Sitio, y en que casa, ó parage habitan ó han habitado respectivamente. Y mediante que se nos ha informado que en la Capilla de dicho Real Sitio hay puesto Capellan, confiamos mucho del zelo de Vuestra Magestad, que cuidará de destinar los demas Presbíteros que sean necesarios en ella, para que administren debidamente los Sacramentos, y prediquen la palabra de Dios á sus Feligreses. Finalmente exceptuamos de la Jurisdicion del Procapellan Mayor el Convento de los Capuchinos, que está distante como dos millas de la Poblacion principal, los quales queremos que queden sujetos á los Superiores regulares de dicha Orden.

14 *Palatium, quod de Aranjuez denominatur pariter praefati Cappellani, seu Pro-Cappellani Majoris separatae Jurisdictioni subjiciatur, ejusque districtum Parochialem sequentibus Terminis praefinimus, videlicet: Per Pontem ratibus supra Tagum efformatum, Flumen ipsum transgrediendo, Linea recta continuatur usque ad initium Viae Infantum, per quam ascendendo intratur in Viam Gubernationis, quam sequendo usque ad Viam Sancti Antonii, illac descen-*

14 Igualmente ha de estar sujeto á la jurisdicion del sobredicho Capellan, ó Procapellan Mayor el Palacio llamado de Aranjuez, cuyo distrito Parroquial quedará demarcado dentro de los términos siguientes, entrando por el Puente de Barcas que hay sobre el Rio Tajo, y pasado este, sígase línea recta hasta el principio de la Calle de las Infantas, súbase por ella á entrar en la de la Gobernacion, y salir á la de San Antonio, por la qual se ha de baxar hasta lle-

*scen-* gar

Ayuntamiento de Madrid

*ſcenditur, donec ad Arcus, & Eccleſiam ejuſdem Sancti Antonii pervenitur, ibi ad Orientem, mox ad Meridiem ejuſdem Eccleſiae vergendo tranſitur ad Meridionale, & Occidentale Latera Regionum Equilium, à quorum Angulo inter Occidentem Septemquetriones ducta Linea recta uſque ad Viam Arborum, quam Toletanam vocant, contra Stativa Excubantium Militum Vallonenſium, continuatur per Viam Toletanam, donec alia Via Arborum occurrit, quae de la Eſcuadra dicitur, per quam deſcendendo ad Tagum, per ejus Ripam adſcenditur ad Pontem ex ratibus à quo Ambitus incoeptus fuit: Quoad hujuſmodi Circuitum, Territorii illius continentia cenſenda ſemper erit dextrorſum per Vias, Domoſque, ita ut extra praefinitos Terminos remaneat quidquid ſiniſtrorſum extat cum ipſo Viarum Solo.*

15 *Intus hunc ipſum Ambitum continentur Regium Palatium, & Viridaria, illo quoque compraehenſo, quod Inſulae dicitur, Domus Officiorum, & Equitum appellatae, Aedes Infantum, Platea, Arcus, & Eccleſia Sancti Antonii, Domuſque ei unitae, Stativa Peditum Hiſpanorum, & Vallonenſium, aliaque minora Aedificia. Totum itaque deſignatum Territorium ſemper,*

gar á los Arcos, é Igleſia de San Antonio, y dando vuelta por la parte del Oriente, y Mediodia de dicha Igleſia, ſe paſará á las fachadas de Mediodia y Poniente de las Caballerizas del Rey, y deſde la eſquina de eſte edificio entre Poniente y Norte ſe ha de ſeguir línea recta haſta la Calle de árboles llamada de Toledo, frente del Quartel de Guardias Valonas, y ſe irá por la enunciada Calle, haſta encontrar otra de árboles llamada de la Eſcuadra, y baxando por ella al Rio Tajo, ſe ha de ſubir por ſu orilla haſta el Puente de Barcas donde empezó la demarcacion. El Territorio comprehendido en eſte recinto ſe ha de entender ſiguiendo ſiempre por las aceras de las calles, y caſas á la mano derecha, de modo que quede fuera de los términos demarcados todo lo que cae á la mano izquierda, incluſo el ſuelo de las calles.

15 Dentro de eſte recinto ſe comprehende el Real Palacio, y los Jardines, incluſo el de la Iſla, las Caſas de Oficios, y de Caballeros, la de los Infantes, la Plaza, Arcos é Igleſia de San Antonio, y caſas unidas á ella, los Quarteles de Infantería Eſpañola, y Valona, y otros edificios menores; y todo eſte Territorio que va demarcado, será ſiempre, y continuamente de la ju-

Ayuntamiento de Madrid

*per, ac permanenter ad Jurisdictionem Cappellani, seu Pro-Cappellani Majoris spectavit, subjectum Parochialitati Regiae Cappellae, etiam si neque Regem, neque ullam Regiam Personam ibi degere contigerit. Eidem quoque Jurisdictioni, & Parochiali Districtui subjiciantur Stativa Custodum Corporis, & Equilia Reginae, licet ambo Aedificia à dicto Ambitu sint separata. Conventus verò Sancti Paschalis Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci Discalceatorum nuncupatorum in dicto Territorio compraehendatur quidem; sed tum Conventus, cum Ecclesia, Hortus, & quidquid intra Clausuram est, necnon Regulares Personae ibi degentes suis Superioribus Regularibus subjiciantur.*

16 *Quidquid autem illius Territorii, licet intra Limites dicti Regii Loci, eique unitorum situm sit, nec tamen intra sic praefinitos Terminos extat, simul cum primario Pago, Ecclesia Beatae Mariae Virginis de Alpagès nuncupata, & quaecumque alia, quam in posterùm construi contigerit, omniaque Aedificia, vel unita, vel dispersa nunc constructa, vel pro tempore construenda, cum Castello de Aceca, & Oratoriis, vel Aediculis ibi existentibus, & in futurum aedificandis, exempta sint à*

jurisdicion del Capellan, ó Procapellan Mayor, y sujeto á la Parroquialidad de la Capilla Real, aunque ni el Rey, ni otra ninguna Persona Real resida en dicho Sitio: igualmente han de quedar sujetos á la misma jurisdicion, y Parroquialidad el Quartel de Reales Guardias de Corps, y Casa de las Caballerizas de la Reyna, aunque uno y otro edificio están fuera de dicho recinto. El Convento de San Pascual de Religiosos Descalzos de la Orden de San Francisco ha de quedar tambien incluso en el dicho Territorio; pero así el Convento, como la Iglesia, Huerta, y todo lo que se comprehende dentro de sus paredes y cercas, y los Religiosos que viven en él estén sujetos á sus Superiores regulares.

16 Todo el restante territorio, que se contiene dentro de los límites de dicho Real Sitio, y de sus agregados, que no queda comprehendido en la demarcacion que va hecha, juntamente con su Poblacion principal, la Iglesia de nuestra Señora de Alpagés, y otra qualquiera que en adelante se construya, y todos los edificios unidos, y dispersos que hay ahora, ó que se fabricaren en lo sucesivo, y tambien el Castillo de Aceca y los Oratorios ó Hermitas que hay ó se construyan allí en

Ayuntamiento de Madrid

*à Jurisdictione Cappellani, seu Pro-Cappellani Majoris, prout ante expeditionem dictarum Literarum Praedecessoris praefati extabant; praeservatis tamen Majestati tuae, tuisque Successoribus juribus, Jurisdictione, & praeeminentiis in dicto Loco competentibus uti Administratori perpetuo Militaris Ordinis Sancti Jacobi de Spatha, necnon suis quoque respectivè Venerabili Fratri nostro Archiepiscopo Toletano uti Dioecesano.*

17 *In Regio Loco ad Sanctum Laurentium quem dell' Escorial vocant, ad Jurisdictionem pariter Cappellani, aut Pro-Cappellani Majoris, durante tamen ibidem Regis permanentia, & non ultra, pertineat tota ea Aedificii pars, in qua Rex ipse, & caeterae Personae Regiae habitare solent, & reliquum quod Palatium appellatur: scilicet à Janua, quae descendentibus à Claustro principaliori aditum praebet ad Aulam, in qua extant Tribunae Philippi II; inde vergitur ad Regia Cubicula, & ad caetera, quae Orientale Latus, partemque Septentrionalis occupant usque ad ingressum in Collegium, compraehensis omnibus Officinis, & habitationibus in hujusmodi Ambitu per omnes dicti Aedificii partes existentibus, necnon Tribunis Re-*

*giis*

en adelante, quedará fuera de la jurisdicion del Capellan, ó Procapellan Mayor, conforme estaba antes de la expedicion de las Letras del referido Predecesor nuestro; pero quedando salvos á Vuestra Magestad, y á sus Sucesores los derechos, jurisdicion, y preeminencias, que le competen en dicho Sitio, como Administrador perpetuo de la Orden Militar de Santiago de la Espada, y sus respectivos derechos á nuestro Venerable Hermano el Arzobispo de Toledo, como Diocesano.

17 En el Real Sitio de San Lorenzo, que llaman el Escorial, será igualmente de la jurisdicion del Capellan, ó Procapellan Mayor, durante la residencia del Rey en él, y no mas, toda la parte del edificio en que el enunciado Rey, y las demas Personas Reales acostumbran habitar, y lo demas que se llama Palacio, el qual comprehende desde la puerta que baxando del claustro principal dá entrada á la pieza donde están las Tribunas de Felipe II, dando vuelta al Quarto del Rey, y á lo demas de la fachada de Oriente y parte de la del Norte hasta llegar á la entrada del Colegio, inclusas todas las oficinas y habitaciones que hay en este recinto, y todo lo que queda comprehendido en el dicho edificio,

con

Ayuntamiento de Madrid

*giis, ac iis, quae Palatinis Matronis pro Sacello inserviunt, caeterisque membris, quae occurrunt intrantibus Ostium, per quod ab Aula Praeliorum aditur Ecclesiae Chorus. Ad eandem quoque Jurisdictionem pertineant Monasterii Cellae in quibus Regiae Personae degerint, non autem quae ab illarum Familiaribus habitentur. Praeter hujusmodi Aedificium praefatae subjiciantur Jurisdictioni, dum Rex ibidem resideat, & non ultra duae Officiorum Domus, item alia Dominorum Infantum, & altera continens Equilia Regia, & Ballistarium. Ecclesia, Monasterium, & Collegium semper Prioris Jurisdictioni subsint, prout etiam qui Regem commitantur, quatenus in Monasterio, aut Collegio hospitentur, necnon quaecumque alia Loca hic non designata, licet ad Regem ipsum pertineant, ejusdem tamen Prioris sub Jurisdictione remaneant. Quò verò ad praefatam Ecclesiam Sancti Laurentii, quidquid ibi in usu, & praxi erat ante expeditionem praedictarum Literarum memorati Benedicti Praedecessoris in suo robore consistere, & permanere debere volumus, atque mandamus.*

18 *In Loco etiam apud Sanctum Ildephonsum ad Jurisdictionem*

con las Tribunas Reales, y las que sirven de Capilla de Damas, y todo lo demas que hay hasta la puerta, por donde desde la Sala de las Batallas se sale para ir al Coro de la Iglesia: tambien serán de la misma jurisdicion las Celdas del Monasterio en que habitaren Personas Reales, pero no las que ocuparen sus criados. Fuera del dicho Palacio, serán de la misma jurisdicion mientras residiere el Rey en el enunciado Sitio, y no mas, las dos Casas de Oficios, la de los Señores Infantes, y la de las Caballerizas Reales, y Ballestería. La Iglesia, Monasterio y Colegio serán siempre de la jurisdicion del Prior, como tambien las Personas de la Comitiva del Rey que estén alojadas en el enunciado Monasterio ó Colegio, y todos los demas sitios y parages que no van aquí expresados, aunque pertenezcan al Rey, quedarán sujetos á la jurisdicion del Prior; y por lo respectivo á la sobredicha Iglesia de San Lorenzo es nuestra voluntad y mandamos, que quede y permanezca en su vigor el estilo y práctica que se observaba en ella antes de la expedicion de las referidas Letras del enunciado Benedicto, Predecesor nuestro.

18 En el Real Sitio de San Ildefonso será de la jurisdicion del

*nem quoque Cappellani, aut Pro-Cappellani Majoris, durante tantum Regis, aut alicujus Regiae Personae ibi permanentia spectent Palatium à Vigilum statione intrinsecus, & Tribunae ex eodem Palatio in Ecclesiam respondentes: Caetera, nil ulteriùs reservato Abbatis Jurisdictioni subsint, etiamsi Regem ibidem residere contigerit.*

19 *In aliis autem Locis, Palatiis, Aedibusque quae, & quas Majestas tua in diversis Urbibus, caeterisque Regni tui Partibus possidet, Cappellanus, seu Pro-Cappellanus Major Jurisdictionem obtinebit, quatenus vel Regem, vel Regiam Personam in eis moram facere contigerit; In quibus casibus ejus subdantur Jurisdictioni ipsa dumtaxat Palatia, Officinae, & Hospitia propria, ejusque adjacentia; extra hujusmodi casus, Parochiis, in quarum districtibus existant, subjiciantur.*

20 *Praetereà occasione itinerum à Majestate tua, tuisque Successoribus, seu Regiis Personis aliquando fortasse suscipiendorum, Cappellanus, seu Pro-Cappellanus Major animarum curam exercebit, nedum in Regios Familiares actu Familiaritatem exercentes, sed etiam in quasvis alias Personas comitatui inservientes, so-*

del Capellan, ó Procapellan Mayor, durante la residencia del Rey ú de alguna Persona Real en él, el Palacio desde donde se ponen las Centinelas ácia dentro, y las Tribunas del dicho Palacio, que corresponden á la Iglesia. Lo restante del Sitio, sin exceptuar nada, será de la jurisdicion del Abad aun en el tiempo que el Rey resida allí.

19 En los demas Sitios, Palacios, y Casas Reales que tiene Vuestra Magestad en varias Ciudades, y otros parages de su Reyno, tendrá jurisdicion el Capellan, ó Procapellan Mayor, en caso de que Vuestra Magestad, ó sus Sucesores, ó alguna Persona Real fueren á aposentarse en ellos, y entónces solo serán de su jurisdicion los Palacios, con sus Oficinas, y Casas de habitacion dependientes de ellos, y sus agregados; y fuera de este caso estarán los dichos edificios sujetos á las Parroquias, en cuyo distrito estén sitos.

20 Ademas de esto, quando Vuestra Magestad, sus Sucesores, ó qualquiera Persona Real hiciere algun viage, el Capellan, ó Procapellan Mayor exercerá la Cura de almas, no solo en los Criados del Rey, que vayan en actual servicio, sinó tambien en las demas personas que sirvan á la Comitiva, que-

*ſolis exceptis , quos suorum Negotiorum , aut proprii solatii causa idem peragere iter contigerit. In hujusmodi autem itineribus à Majestate tua peragendis idem Pro-Cappellanus Major eligere poterit Ecclesiam sibi magis benevisam , licet alteri , sive Episcopo, sive Ordinario subjectam, in qua ipse vel celebrare , vel celebrari facere possit Sacrosanctum MissaeSacrificium,aliosque Actus, & Functiones peragere valeat, quas Episcopi , caeterique Praelati in propriis Ecclesiis exercere solent , dempta tamen Metropolitana Ecclesia Toletana , caeterisque exceptis Ecclesiis Cathedralibus Regnorum Hispaniarum , non solùm , quia Metropolitana Ecclesia praedicta , utpote primum locum obtinens in eisdem Regnis , minimè idcirco conveniens videtur, quod neque paulisper aliis , quam suo proprio Praesuli subjecta sit, verùm etiam , quia nec Metropolitana Ecclesia praedicta Toletana , nec aliae Cathedrales Ecclesiae compraehensae reperiuntur in memoratis Literis ipsius Benedicti Praedecessoris, ac animo insuper Nos advertentes , quod quatenus Hispaniarum Reges Catholici in eis velint interesse , illarum sanè Episcopi id sui tributuri erunt honori, obsequia eisdem Regibus debita , praestando.*

*Ad*

quedando exceptuados solamente los que por razon de sus negocios , ó por su diversion hicieren la misma jornada. Y en los dichos viages que hiciere Vuestra Magestad , el mismo Procapellan Mayor tendrá facultad de elegir la Iglesia , que le pareciere mas apropósito, aunque esté sujeta á qualquiera Obispo, ú otro Ordinario , para celebrar en ella y hacer celebrar el Sacrosanto Sacrificio de la Misa , y los demas actos y funciones que acostumbran hacer los Obispos , y demas Prelados en sus proprias Iglesias : quedando exceptuada la Iglesia Metropolitana de Toledo , y las demas Iglesias Catedrales de los Reynos de España , no solo porque no parece correspondiente que la sobredicha Iglesia Metropolitana , como Primada que es de los expresados Reynos esté, ni aun por corto tiempo, sujeta á otro que á su proprio Prelado, sinó tambien porque ni la mencionada Iglesia Metropolitana de Toledo, ni las demas Iglesias Catedrales se hallan comprehendidas en las sobredichas Letras de Benedicto, Predecesor nuestro; y porque consideramos que quando los Reyes Católicos de España quieran asistir á las dichas Iglesias , sus respectivos Obispos tendrán por honor suyo hacer los debidos obsequios á los

enun-

Ayuntamiento de Madrid

21 *Ad haec, ne ulla unquam quoad Jurisdictionem reſpicientem Perſonas, quae pro tempore Cappellano, ſeu Pro-Cappellano Majori ſubjectae eſſe debent, oriatur dubitatio, eidem tamquam Parochiani perſonaliter ſujiciantur quiqui in Territoriis, Aedificiiſque ſupradicto Cappellano, ſeu Pro-Cappellano Majori ſuperiùs aſſignatis degerint. Itaque Familiares quamvis Regii, extra tamen degentes Parochiis ſuorum reſpectivè Domiciliorum ſubdantur, vicequeverſa qui in Territoriis, ac Aedificiis praefinitis degerint, etiamſi Regii Familiares non fuerint, ad Curam dicti Cappellani, ſeu Pro-Cappellani Majoris omnino pertineant. Qui verò in praefinitis Locis habitaverint, Paſchale adimplere teneantur Praeceptum in eorumdem reſpectivè Locorum Cappellis Regiis, aut in Oratoriis in Regiis Palatiis ibidem exiſtentibus, aut in Eccleſiis à Cappellano, ſeu Pro-Cappellano Majore deſtinandis, etiamſi ad ipſius Juriſdictionem dictae Eccleſiae minimè pertineant. Si in hujuſmodi Cappellis Regiis Fons Baptiſmatis non extiterit, conferatur Baptiſma in Fonte proximioris Parochiae.*

*Et*

enunciados Reyes.

21 Y á fin de que en ningun tiempo se suscite ninguna duda sobre la jurisdicion del Capellan, ó Procapellan Mayor que en qualquier tiempo fuere por lo respectivo á las personas que han de ser de su Parroquialidad, sean sus Feligreses todos los que vivieren en los Territorios y Edificios que van aquí antecedentemente asignados al sobredicho Capellan, ó Procapellan Mayor, de modo que los criados del Rey, que vivan fuera de ellos, estarán sujetos á las Parroquias de sus respectivos domicilios; y al contrario, los que vivieren en los Territorios y Edificios que van demarcados, aunque no sean criados del Rey, serán en todo y por todo Feligreses de dicho Capellan, ó Procapellan Mayor. Y los que habitaren respectivamente en los enunciados Edificios y Territorios demarcados, han de estar obligados á cumplir con el precepto anual en las Capillas Reales de los sobredichos respectivos parages, ó en los Oratorios de los Reales Palacios que haya en ellos, ó en las Iglesias que destináre el Capellan, ó Procapellan Mayor, aunque estas no sean de su jurisdicion. Y si en las enunciadas Capillas Reales no hubiere Pila de Bautismo, se administrará este Sacramento en

la

Ayuntamiento de Madrid

la Pila de la Parroquia mas cercana.

22 *Et quamvis Praediales Decimae quoad praedicta separata Territoria ad novam Parochialem Cappellam ibi existentem spectare deberent; nihilominus, ut procul absit cujuscumque querelae occasio, simulque prae oculis habito, quod universis Majestatis tuae Ministris Regia sanè liberalitate, ac redundanter consultum sit, hinc easdem Decimas integrè ad Parochialem Ecclesiam magis proximam Regiis Palatiis, ac ad alias Parochiales Ecclesias, quae Decimas hujusmodi ante earumdem ipsius Benedicti Praedecessoris Literarum expeditionem percipiebant, spectare, ac pertinere declaramus.*

22 Y aunque los Diezmos prediales de estos Territorios separados debían tocar á la nueva Capilla Parroquial que hubiere en cada uno de ellos; sin embargo, para que se evite enteramente todo motivo de queja, y teniendo presente que todos los Ministros de Vuestra Magestad, por la Real liberalidad, están superabundantemente dotados, declaramos que los enunciados Diezmos toquen y pertenezcan íntegramente á la Iglesia Parroquial mas inmediata á los Reales Palacios, ó á las Iglesias Parroquiales que percibían los dichos Diezmos antes de la expedicion de las mencionadas Letras del referido Benedicto, Predecesor nuestro.

23 *Ne autem quoad Funera, etiam ac sepeliendi Jus ulla unquam oriri valeat quaestio, seu dubitatio, per praesentes statuimus, & mandamus, quod Cadavera eorum, qui in Regiis Palatiis, aut Territoriis separatis ejusmodi decesserint juxta disposita, atque praescripta à memorato Benedicto Praedecessore in eisdem suis Literis in Parochiali Ecclesia magis proxima, non verò alibi sepelienda sint, excepto casu electionis Sepulturae, ab ipsis morientibus peractae; quo sanè casu eidem Parochiali Ecclesiae ma-*

23 Y para que tampoco se pueda suscitar en ningun tiempo disputa, ni duda sobre los funerales, y el derecho de enterrar, establecemos y mandamos por las presentes, que los cadáveres de los que falleciesen en los Reales Palacios, ó en los dichos Territorios separados, se entierren en la Iglesia Parroquial mas inmediata, y no en otra, segun lo dispuesto y ordenado por el enunciado Benedicto, Predecesor nuestro en dichas sus Letras; excepto en el caso de que los que falleciesen hayan dexado ele-

Ayuntamiento de Madrid

*magis proximae associationem Cadaverum eorumdem Defunctorum perpetuò salvam esse volumus, atque statuimus; Cumque proptereà Cadavera eorumdem Defunctorum in Regiis Palatiis, ac Territoriis separatis praedictis tumulanda sint in dicta Ecclesia Parochiali magis proxima (quod tamen locum sibi vindicare poterit, & debebit, sive Morientes eligant ibidem Sepulturam, sive absque ulla Sepulturae electione decedant) quoties electio Sepulturae in aliena Parochia sequatur, tam tumulationis, quàm associationis jura memoratae Ecclesiae magis proximae debita esse sancimus, & mandamus, pro cujus executione à Vice-Parocho, & Ministris novae Parochialis Cadavera eorumdem Defunctorum consignanda erunt Vice-Parocho, & Beneficiatis Parochialis Ecclesiae magis proximae in Januis Plateae Principalium Regiorum Palatiorum, à quo sanè loco juxta disposita in praefatis Literis ejusdem Benedicti Praedecessoris funebrem Cantum, & Exequias inchoandas esse volumus, & jubemus.*

24 *Cappellanos demum, Canto-*

elegida sepultura, en el qual es nuestra voluntad, y establecemos quede siempre salvo á la enunciada Iglesia Parroquial mas inmediata el derecho de acompañar los cuerpos de los dichos difuntos. Y debiendose enterrar conforme queda ordenado, los cadáveres de los que fallezcan en los Reales Palacios, y Territorios separados sobredichos en la enunciada Iglesia Parroquial mas inmediata (lo que sucederá, ya sea en el caso de que elijan sepultura en ella los que fallecieren, ó en el de que fallezcan sin elegirla) establecemos y mandamos que siempre que los dichos dexen elegida sepultura en otra distinta Parroquia, sean de la mas inmediata así los derechos del acompañamiento, como los del entierro de los cadáveres: para cuyo efecto el Teniente de Cura y demas Ministros de la nueva Iglesia Parroquial entregarán los cadáveres de los dichos difuntos al Teniente de Cura, y Beneficiados de la Iglesia Parroquial mas inmediata en una de las puertas de las plazas de los principales Palacios Reales, desde cuyo parage, segun lo dispuesto en las enunciadas Letras del dicho Benedicto, Predecesor nuestro, queremos y mandamos que se haya de empezar el canto fúnebre, y exêquias.

24 Finalmente determinamos

Ayuntamiento de Madrid

*tores, aliosque actu Majestatis tuae inservientes, ac dotem habentes, sive stipendium consequenter à Regia Cappella in Parochialem erecta, in eorum causis, demptis tantummodo Beneficialibus in memoratis Literis ipsius Benedicti Praedecessoris expressè exceptis, Foro passivo frui, & gaudere decernimus, & mandamus.*

25 *Decernentes ipsas praesentes Literas, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod quilibet, etiam cujusvis status, gradus, ordinis, praeeminentiae, ac Dignitatis, aut aliàs, etiam specifica, & individua mentione, & expressione digni in praemissis forsan jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causae propter quas ipsae praesentes emanarint sufficienter adductae, verificatae, & justificatae fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis juridica, pia, legitima, & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite, etiam in corpore Juris clausa, etiam enormis, & totalis laesionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quo-*

mos y mandamos que los Capellanes, Cantores, y demas personas que estén en actual servicio de Vuestra Magestad, y por consiguiente cobren sueldo ó salario de la Real Capilla erigida en Iglesia Parroquial, tengan y gocen fuero pasivo en sus causas, sinó es en las Beneficiales que están exceptuadas expresamente en las mencionadas Letras del dicho Benedicto, Predecesor nuestro.

25 Declarando que las presentes Letras, y todo lo contenido en ellas, no pueda en ningun tiempo ser notado de vicio de obrepcion, subrepcion, nulidad, ni de defecto de intencion en Nos, aunque sea por la razon de que alguno, ó algunos de qualquier estado, grado, órden, preeminencia, y dignidad que sean, ó que de otro qualquier modo fuesen dignos de especial mencion é individual expresion, que tubiesen acaso, ó pretendiesen de qualquier modo tener derecho en lo arriba expresado, no hayan sido llamados, citados, ú oidos, ni hayan consentido en ello, ni la de que las causas por las quales han sido dadas las presentes Letras, no fueron suficientemente expuestas, probadas, ni justificadas, ó por otro qualquier título, colorido, pretexto, ó causa, por mas justa, piadosa, legítima, y privilegiada

*quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac inexcogitato defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos Juris reduci, seu adversus illas aperitionis Oris, restitutionis in integrum, aliudque quodcumque Juris, & facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, au impetrato, seu etiam motu proprio, & ex certa scientia, & potestatis plenitudine concesso, vel emanato quempiam in Judicio, & extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas praesentes, & praeinsertas Literas semper, & perpetuò, firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & numquam revocari, ac Majestati Tuae, Regibusque Successoribus, Reginae, Principi, Principissae, ac Infantibus praedictis, necnon Cappellano Majori, ac Pro-Cappellano Majori hujusmodi, aliisque, quos ipsae praesentes Literae continent, & ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectavit plenissimè suffragari, & inviolabiliter observari, atque adimpleri. Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sedis praefatae Nuntios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judican-*

da que sea, aunque esté comprehendida en el cuerpo del derecho, y aunque sea de enorme y total lesion; ni de otro qualquier defecto, por mas grande y sustancial que sea, y que nunca se haya tenido presente; ni puedan ser estas Letras impugnadas, infringidas, ó revocadas, ni moverse instancia ó litigio sobre ellas, ni ser reducidas á los términos de derecho, ni pedirse, ni impetrarse contra ellas el remedio de nueva audiencia, ni el de la restitucion *in integrum*, ni otro ninguno de hecho, de derecho, ú de gracia, ni aunque se hubiesen impetrado, concedido, ú expedido motu proprio, de cierta ciencia, ó con la plenitud de la potestad nadie pueda usar ó aprovecharse de ellos de ningun modo en juicio, ni fuera de él; pues es nuestra voluntad, que estas precedentes Letras sean y hayan de ser siempre, y perpetuamente, firmes, válidas y eficaces, y que surtan y produzcan su pleno, é integro efecto, y que sean irrevocables, y sufraguen plenísimamente á Vuestra Magestad, á los Reyes sus Sucesores, á la Reyna, Príncipe, Príncesa, é Infantes sobredichos, como asimismo al enunciado Capellan, ó Procapellan Mayor, y á todos los demas contenidos en estas Letras, y á quienes en qualquie-

Ayuntamiento de Madrid

*candi, & interpraetandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignorater contigerit attentari.*

26 *Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, nostra, & Cancellariae Apostolicae Regula de Jure quaesito non tollendo, ac quarumcumque Ecclesiarum Parochialium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus: Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad prae-*

quiera tiempo toque y tocáre en lo sucesivo, y que se observen y cumplan inviolablemente; y que así se deba sentenciar, y determinar en lo que va expresado por qualesquiera Jueces Ordinarios y Delegados, aunque sean Auditores de las causas del Palacio Apostólico, y Nuncios de la dicha Sede, quitándoles á todos, y á cada uno de ellos qualquiera facultad, y autoridad de juzgar é interpretar de otro modo; y que sea nulo y de ningun valor lo que de otra suerte aconteciere hacerse por atentado sobre esto por alguno con qualquiera autoridad, sabiéndolo ú ignorándolo.

26 Sin que obsten las Constituciones y disposiciones Apostolicas, ni en quanto sea necesario la Regla nuestra, y de la Cancelaría Apostólica de *jure quaesito non tollendo*; ni los estatutos y costumbres de qualesquiera Iglesias Parroquiales, aunque estén corroborados con juramento, confirmacion Apostólica, ó con qualquiera otra firmeza, ni los Privilegios, Indultos, y Letras Apostólicas concedidas, confirmadas, é innovadas de qualquier modo, que sean en contrario de lo que va expresado: todas y cada una de las quales cosas, teniendo sus contextos por plena y suficientemente expresados é insertos pa-

Ayuntamiento de Madrid

*praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.*

palabra por palabra en las presentes, habiendo de quedar por lo demas en su vigor, por esta sola vez, para el efecto de lo que va expresado, las derogamos especial y expresamente, y otras qualesquiera que sean en contrario.

27 *Volumus autem, quod praesentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personae in Dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae.*

27 Y queremos que á los traslados, ó exemplares de estas Letras, aunque sean impresos, firmados de mano de algun Notario público, y sellados con el Sello de alguna persona constituida en Dignidad Eclesiástica, se les dé enteramente igual fé, en juicio y fuera de él, que se daría á las mismas presentes si fueran exhibidas ó mostradas.

*Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris Die Octava Aprilis* MDCCLXXVII. *Pontificatus Nostri Anno Tertio.*

Dado en Roma en San Pedro, sellado con el Sello del Pescador, el dia 8 de Abril de 1777, año tercero de nuestro Pontificado.

*I. Card. de Comitibus.*

Inocencio Cardenal Conti.

Loco ✠ Sigilli.

*Lugar del Sello ✠ del Pescador.*

*Certifico yo Don Felipe de Samaniego, Caballero del Orden de Santiago, Arcediano de la Valdonsella, Dignidad de la Santa Iglesia Catedral de Pamplona, del Consejo de S. M, su Secretario y de la Interpretacion de Lenguas, que este traslado de un Breve de Su Santidad es conforme á su original, que ha sido remitido al*

Ayuntamiento de Madrid

*al Consejo con Real Decreto de veinte y tres de Mayo próxîmo, y que la traduccion en Castellano, que le acompaña, está bien, y fielmente hecha: y para que conste lo firmé, y sellé. Madrid á once de Junio de mil setecientos setenta y siete.*




*Don Felipe de Samaniego*

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid